

Alte Drucke

**CONFESSIO FI=||DEI CATHOLICAE CHRISTIANA
AV=||thoritate Synodi prouincialis quæ habita est
Petr=||couiæ Anno M. D. LI. Mense Iunio ædita: || ...**

Hosius, Stanislaus

Cracoviae, 1553

DE DISTINCTIONE ORDINVM. Caput. L.

Nutzungsbedingungen

Die Digitalisate des Francke-Portals sind urheberrechtlich geschützt. Sie dürfen für wissenschaftliche und private Zwecke heruntergeladen und ausgedruckt werden. Vorhandene Herkunftsbezeichnungen dürfen dabei nicht entfernt werden.

Eine kommerzielle oder institutionelle Nutzung oder Veröffentlichung dieser Inhalte ist ohne vorheriges schriftliches Einverständnis des Studienzentrums August Hermann Francke der Franckeschen Stiftungen nicht gestattet, das ggf. auf weitere Institutionen als Rechteinhaber verweist. Für die Veröffentlichung der Digitalisate können gemäß der Gebührenordnung der Franckeschen Stiftungen Entgelte erhoben werden.

Zur Erteilung einer Veröffentlichungsgenehmigung wenden Sie sich bitte an die Leiterin des Studienzentrums, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

Terms of use

All digital documents of the Francke-Portal are protected by copyright. They may be downloaded and printed only for non-commercial educational, research and private purposes. Attached provenance marks may not be removed.

Commercial or institutional use or publication of these digital documents in printed or digital form is not allowed without obtaining prior written permission by the Study Center August Hermann Francke of the Francke Foundations which can refer to other institutions as right holders. If digital documents are published, the Study Center is entitled to charge a fee in accordance with the scale of charges of the Francke Foundations.

For reproduction requests and permissions, please contact the head of the Study Center, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

urn:nbn:de:gbv:ha33-1-150329

Ioannis. 10.

gratia conferretur? Inde illud institutum videmus quod non ordinantur sacerdotes, nisi precedente ieiunio, vel quadragesimæ, vel eo quod vocatur quatuor temporū, quod ea etiam ex causa institutū esse videtur, ut vno animo, vnoque consensu, placato per ieiunium & elemosinas domino, precentur Deum omnes quo dignos operarios mittat in messem suam.

DE DISTINCTIONE ORDINVM.

Caput. L.



Epistola. 8.

*Romi 60. &
41 ad popu
antiochenū.
Episto. 33.*

Iudicantur autem ordines in minores & maiores. Minores quatuor nominantur, Ostiarii siue Ianitores, lectores, exorciste, Acolithi. Maiores tres, subdiaconi, diaconi, sacerdotes. Præcedit autem hos omnes prima tonsura, quæ non est ordo, sed magis dispositio quædam ad suscipiendos ordines. In qua quod capillorum in modum coronæ quædam sit resectio, illud significat, eum cui capilli refecantur in illius ministerium assumi, cui seruire regnare est, atque in regnum quoddam spirituale transferri. Ianitorum siue hostiariorum officium est, stare ad ostia templi, quos dignos esse sciunt admittere, quos indignos nouerit, eos repellere. Hos Ignatius custodes appellat sanctarum portarum. Censebantur autem indigni pagani siue Ethnici, Cathecumeni, Heretici, excommunicati, energumeni, flagitiosi, poenitentes, qui excludebantur ab adiutorio templorum. Sicut apud Chrysostomum et Ambrosium videre licet. Videtur hic ordo etiam Apostolorum temporibus fuisse, & ab ipsis institutus esse, quandoquidem synchonus

chronus Apostolorum Dionysius, & qui non magno inter-
uallo eos sequuti sunt Ignatius & Tertulianus, huius ordi-
nis meminerunt. Dantur hostiario cum ordinatur clau-
es Ecclesie, simul admonetur ab Episcopo, sic agat quasi ra-
tionem Deo redditurus de rebus quæ clauibus ihs recludū-
tur. Officium hoc expressisse videtur seruator noster, quan-
do flagello de funiculis facto, euentes & vendentes eiecit
de templo. Qui etiam ostium seipsum appellare dignatus
est. Per me inquit si quis introierit saluabitur. Ex hoc ordi-
ne prouehitur ordinandus ad officium lectoris, vt ex Eccle-
sie traditione, legat in ea prophetias & lectiones Apostoli-
cas. In cuius rei signum traditur illi codex diuinarum scri-
pturarum, simul admonetur ab Episcopo, vt accipiat & sit
verbi Dei relator, habiturus si officiū suum impleuerit par-
te cum ihs qui bene ministrauerunt. Quod officiū exhibuit
dominus noster in propria persona, quando in medio seni-
orum librum Esaie aperuit atq; in eo legit. Spiritus domi-
ni super me. &c. Functos officio lectorum legimus apud
Cyprianum, Aurelium, Celerinum, & Satyrum, apud Gre-
gorium Nazansenum, Basilium, apud Socratem in Eccle-
siastica historia, Ioannem Chrysostomū. Tertius est exor-
cistarum, ordo cuius est officiū eicere demones, & dice-
re populo vt qui non communicat det locum, ac aquam in
ministerio fundere. Dat huic per Episcopum codex in quo
scripti sunt exorcismi. Dicitur illi vt accipiat & commen-
det memorie, & habeat potestatem imponendi manus su-
per energumēnos, siue baptisatos, siue cathegumēnos. Hoc
officiū saepe Christum & apostolos eius functos esse legi-

Ss n mus

Ca. 3. Ecclesiæ
Hierar.
Epistola. 2.
Ad uersus.
Hereticos.

Matthæi 21.
Ioannis 10.

Luce 4.
Esaie 61.
Li. 2 Episto. 5
Li. 4 Episto. 5
Li. 3. Epistola
22.
Li. 6. Ca. 3.
In monodia
in Basilium.

musquando demonia ex obsessis corporibus eiecerunt.
Quarto loco ordinantur Acolithi qui latine vocantur cero-
ferarij, quod actensos cerco ferunt cū legitur Euangelium
vel cum offertur sacrificium. Non vt propellant tenebras
has visibiles, sed vt sicut lumē visibile gestāt manibus quo
Matth. 5. noctis tenebrę propulsantur, sic luceat lux illorum corā ho-
minibus vt videant opera illorū bona, & glorificent patrē
nostrum qui in cœlis est. Hī cum ordinantur, accipiunt ab
Episcopo candelabrum cū cereo, simul ab eo audiunt vt
accipiant ceroferariū cum cereo, & sciant se ad actēdenda
ecclesiæ luminaria mancipatos in nomine Domini. Accipi-
unt simul vocem ad suggerendum vinum & aquam in Eu-
charistiam sanguinis Christi. Hoc officium se habere testa-
tur dñs dicēs. Ego sum lux mundi, qui sequit me nō ambu-
lat in tenebris. Huius officij formam illi gerebāt in veteri
testamento, qui lucernas candelabri componebant, & actē-
debant igne cœlesti ad illuminandas tenebras aquilonares
In argumēto vtriusq; Epistolæ ad Thesalonicenses fit one-
simi Acoliti mentio, vnde colligi potest fuisse hūc ordinem
secuti de alijs quoq; rectē creditur apostolorū temporibus,
Extat Epistola Gan̄ Papæ & martiris qui vixit Diocletia-
ni temporibus, in qua monet ne aliter ordinādi ad ordines
Ecclesiasticos actēdāt, quam vt sit aliquis primo ostiarius,
deinde lector, postea exorcista, inde sacretur Acolitus, de-
mum subdiaconus, deinde Diaconus, & postea presbyter
Et exinde si meretur Episcopus ordinet. Sic gradatim ad
episcopi dignitatem perueniendum esse decreuit. Quæ eti-
am ratio est quod sacramentum hoc ordo vocat. Aequū
enim

enim esse visum est quod in gubernatore nauis obseruatur
 id multo diligentius obseruetur in Ecclesie nauis gubernan-
 da. Sicut enim in illa, non statim alicui gubernacula credun-
 tur, sed primum adhibetur ad remos, postea in proram de-
 ducitur, inde paulatim ad vltiora procedit, ac tandem vbi
 multam rerum maritimarum experientiam consequutus
 est, tandem ad gubernacula admittitur, sicut etiam in re-
 bus bellicis, militis primum officio fungitur aliquis, postea
 decurio fit, deinde centurio, ac posteaquam ordines duxit
 aliquandiu, tandem si sit repertus idoneus, dux & impera-
 tor militum designatur, ita fieri oportet in Ecclesia, vt ne quis
 ad summum gradum subito profiliat, verum in minoribus
 aliquandiu se exerceat ac pedetentim ad maiores progre-
 diatur. Quod etiam ita fieri oportere in Monodia Basilien-
 docet Gregorius Nazansenus. Sosimus vero pontifex, qui
 fuisse videtur Augustini synchronus etiam interuallum tem-
 poris describit, inter vnumquemque gradum, ita vt inter le-
 ctos siue exorcistas quinquennio teneatur, exinde acoli-
 tus vel subdiaconus quatuor annis, & sic ad benedictionem
 diaconatus si meretur actuat, in quo ordine quinque annis
 si inculpate se gesserit habere debebit. Exinde suffraganti-
 bus stipendius per tot gradus datis propriæ fidei documen-
 tis, presbiterij sacerdotium poterit promereri. De quo loco
 si eum exactior ad bonos mores vita perduxerit, summum
 pontificatum sperare debebit. Hinc videre licet, quod suo
 quisqueungebatur ordine in primitiua Ecclesia, & erant cer-
 to numero ex vnoquoque ordine constituti. Sicut etiam ab
 Eusebio scriptum legimus, vbi recenset episcopum vnum,

Ad Isichium
 Cap. 3.

Li. 6. capi. 20.
 in Ecclesi. hi.

Ss in presby

*in fine libri
sui de herib9*

Epistola. 8.

presbyteros quadraginta sex, diaconos septem, subdiaconos septem, acolithos quadraginta & duos, exorcistas & lectores cum hostiarijs quinquaginta & duos. Epiphanius ubi ordines enumerat meminit Episcopi primo loco, deinde presbyteri Diaconi, subdiaconi, lectorum, laboratorum, & Ianitorum. Ignatius vero salutari iubet primū presbyterum, deinde diaconos, mox subdiaconos, lectores, cantores, ostiarios, laborantes, exorcistas atq; confessores. Extremo vero loco custodes sanctarum portarum. Caterum ordines q̄ minores, inter sacros non numerabantur, sed q̄ tres tñ ad sacros ordines pertinere creduntur, subdiaconatus diaconatus, & sacerdotium.

DE SACRIS ORDINIBVS QVI MAIO-

res Vocantur. Caput. LI.



Inter sacros ordines, qui maiores appellantur, primum locum obtinet subdiaconatus. Est aut officium subdiaconi aquam ad ministerium altaris preparare, ac tantum de oblationibus in altari ponere quantum sufficere possit populo Dei, tum Epistolam cantare, in cuius rei signum accipit patenam & calicem vacuum de manu Episcopi & admonetur vt videat cuiusmodi ministeriū sibi tradatur, atq; ideo ita se exhibeat, vt Deo placere possit. Datur etiam liber epistolarum, diciturq; ei ab Episcopo vt eum accipiat, & habeat potestatem legendi eas in Ecclesia sancta Dei, tam pro viuis quam pro defunctis. In nomine patris & filij & spiritus sancti. Hoc officio dominus vsus est, quando facta cœna cum discipulis, linteo se precinxit, & mittens aquam in peluim pedes discipulorum lauit, &

lintheo

Ioanis. 13.